

## CONTRA MENDACIVM AD CONSENTIVM

**G**ur aliquando peccata. Hæc plane possunt intelligi iu-  
 Quæ sint sta peccata, cū iusta dicuntur sacrificia vel iusta sup-  
 iusta pec- plicia. Ea vero quæ contra legem dei sunt, iusta esse  
 cata. non possunt. Dicunt est autem deo, Lex tua veritas.  
 Psal. 118. Ac per hoc quod est contra veritatem, iustum esse non  
 potest. Quis autem dubitet contraveritatem esse men-  
 dacium omne? Nullum ergo iustum esse potest men-  
 dacium. Item cui non claret, ex veritate esse omne  
 quod iustum est? Clamat autem Ioannes, Omne  
 1.Ioan.2. mendacium non est ex veritate: Omne ergo menda-  
 cium non est iustum. Quapropter quando nobis de  
 scripturis sanctis mentiendi proponuntur exempla,  
 aut mendacia non sunt, sed putantur esse dum non in-  
 telliguntur aut si mendacia sunt, imitanda non sunt,  
 quia iusta esse non possunt. Sed quod scriptum est, be-  
 ne deum fecisse cum Hebreis obstetricibus, & cum  
 Raab Hierichontina meretrice, non ideo factum est  
 quia merita sunt, sed quia in homines dei misericor-  
 des fuerunt. Non est itaque in eis remunerata falla-  
 cia, sed benevolentia: benignitas mentis, non iniqui-  
 tas mentientis. Sicut enim mirum abfurdumque  
 non esset, si alio prius tempore commissa ab eis ali-  
 qua opera mala deus propter posteriora opera bo-  
 na vellit ignoscere: ita mirandum non est, quod vno  
 H tempore in una causa deus vtrunque compicuntur, id  
 est, factum misericorditer, factumq; fallaciter, & bo-  
 num remuneravit, & propter hoc bonum malum il-  
 lud ignoravit. Si enim peccata quæ propter carnis co-  
 cupiscentiam, non propter misericordiam sunt, pro-  
 pter posteriora opera misericordiae dimittuntur, cur  
 non merito misericordiae dimittuntur, quæ propter  
 ipsam misericordiam committuntur? Grauius est enim  
 peccatum quod animo nocens, quam quod animo  
 subuentoris efficitur. Ac per hoc si illud deletur ope-  
 re misericordiae postea subsequente, cur hoc quod est  
 leuius, non deletur ipsa hominis misericordia, & pre-  
 cedente vt peccet, & comitante cum peccat? Ita qui-  
 dem videri potest. Veruntamen aliud est dicere, pec-  
 care quidem non debui, sed opera misericordiae fa-  
 ciam, quibus deleam quod ante peccavi, & aliud est  
 dicere, peccare debo, quia non possum aliter mis-  
 ereri. Aliud est, inquam, dicere, quia iam peccau-  
 mus, benefaciamus: & aliud est dicere, peccemus ut  
 benefaciamus. Ibi dicitur, faciamus bona quia faci-  
 mus mala: hic autem, faciamus mala vt veniant bo-  
 na. Ac per hoc ibi exhaustuam est sententia peccati,  
 hic cauenda est doctrina peccandi. Restat itaque vt  
 I intelligamus illis mulieribus vel in Egypto, vel in  
 Hiericho pro humanitate & misericordia redditam  
 fuisse mercedem utique temporalem, quæ quidem &  
 ipsa æternum aliquid etiam illis neficiens Pro-  
 phetica significatio figuraret. Verum autem sit  
 aliquando vel pro cuiusquam salute mentendum,  
 cum quæstio sit in qua dissoluenda etiam doctissimi  
 fatigantur, valde illarum muliercularumq; in illis po-  
 pulis constitutarum, & illis moribus assuetarum ex-  
 cedebat modum. Itaque hanc earum ignorantiam,  
 sicut aliarum rerum quas pariter nesciebant, sed scie-  
 dæ sunt à filiis non huius seculi, sed futuri, dei patien-  
 tia sustinebat: qui tamen eis pro benignitate huma-  
 na quam famulis eius impenderant, quanvis cœle-  
 ste aliquid significavit, præmia terrena reddebat.  
 Et Raab quidem ex Hiericho liberata, in dei popu-  
 lum transitum fecit: vbi proficiens posset ad æterna  
 Tolerabit & immortalia munera peruenire, que nullo sunt que-  
 lius pos- renda mendacio. Tunc tamen quando il-  
 lus me tuus es opus bonum, & prosæ vita conditione laudabi-  
 tiri in ve le Israëlitæ exploratoribus præstiti, nondum erat  
 teri legi talis vt ab ea exigeretur. Sit in ore vestro, est est, nō  
 quānī nō non. Obstretrices autē illæ quāuis Hebreæ, si feci-  
 ua. Cap. dum carnem tantummodo sapuerunt, quid aut quantū  
 XVI. est quod eis profuit remunratio temporalis, quia fece-  
 rūt sibi domos, nisi proficiendo pertinuerūt ad eā do- Psal. 83.  
K  
 miū de qua deo cantatur, Beati qui habitant in domo K  
 tua, in secula seculorū laudabunt te? Multū autem faten-  
 dum est propinquare iustitiæ, & quanvis re ipsa non-  
 dum, iam tamen spe atque in dolore animum esse laudā-  
 dum, qui nunquam nisi hac intentione mentitur quia  
 vult prodesse alii, nocere autem nemini. Sed nos  
 cum quæremus, sit ne boni hominīs aliquando men-  
 tiri, nos de homine quæremus adhuc ad Egyptum,  
 vel ad Hiericho, vel ad Babyloniam pertinentem, vel ad  
 huic ad ipsam Hierusalem terram, quæ seruit cum  
 filiis suis, sed de cive illius ciuitatis quæ sursum est li-  
 bera mater nostra æternam coelis. Et respondetur  
 quærentibus nobis, Omne mendacium non est ex ve- 1.Ioan.2.  
 ritate. Filii autem illius ciuitatis, filii sunt utique veri-  
 tatis. Iles ciuitatis filii sunt de quibus scriptum est,  
Apoc. 14.  
 In ore eorum non est invenitum mendacium. Eius ci-  
 uitatis filius est de quo item scriptum est, Verbum Prou. 29.  
 fulcipientis filius, à perdizione lôge aberit. Excipiens  
 autem excepti illud sibi, & nihil falsi ex eius ore pro-  
 cedit. His filiis superna Hierusalem & sanctæ ciuita-  
 tis æternæ, si quando vt hominibus obrepit qualevis  
 que mendacium, poscent humiliter veniam, nō inde L  
 que rurunt insuper gloriam. Sed dicit aliquis, Obsætreti  
 Ergo ne obstetrics illæ atque Raab melius fecissent, ces He-  
 bri nullam misericordiam præstisset, nolendo meū bræ &  
 tiri? Immo vero illæ mulieres Hebreæ, si essent tæ Raab mū-  
 les de qualibus quæremus, utrum sit eis aliquod mē peccari-  
 tiendum, nec aliquid falsi dicenter, & foeda ministræ  
 mentia de parvulis occidentis liberrime recusarent. Sed do. Cap.  
 inquies, Ipse morerentur. At vide quid sequatur, Mo XVII.  
 rereunt enim colestis habitationis incomparabili-  
 ter ampliore mercede, quam domus illæ quæ sibi fe-  
 cerunt, in terra esse potuerunt. Morerentur enim fu-  
 turæ in æterna felicitate, mortem perpetuæ pro in-  
 nocentissima veritate. Quid illa in Hiericho? Nun-  
 quid hoc posset? Nōnne si quærentes ciues mentien-  
 do nō fallerent, verum dicendo latentes hospites pro-  
 deret? An posset interrogatibus dicere, Scio vbi sint,  
 sed deum timeo, non eos prodio? Posset hoc quidem  
 dicere si iam esset vera Israëlitæ in qua dolus non es-  
 set: quod futura erat per misericordiam dei transiens  
 ad ciuitatem dei. Verum illi hoc auditio, inquies, illâ  
 perimerent, dormi scutarentur. Sed nunquid con-  
 sequens erat vt illos etiam quos diligenter occulta-  
 rat invenirent? Prospexerat enim cautissima mulier,  
 & ibi eos posuerat vbi latere potuissent, etiæ si me-  
 tiæ creduti non fuisset. Ita & illa, si tamè à suis ciui-  
 bus esset occisa, pro misericordiae opere, vitam istam M  
 finiendam preciosam in conspectu domini morte finis-  
 set, & erga illos eius beneficiū inane non fuisset. Sed  
 inquies, Quid si & ad illum locum vbi eos occultau-  
 rat, si quibus quærebantur, persecutio omnia per-  
 uenissent? Isto modo dici potest, Quid si mulier vili  
 fuisse atque turpissimæ non solum mentienti, verum  
 etiam peierati crederet noluisse? Nempe etiam sic  
 confectura fuerant, que timendo mentita est. Et vbi  
 ponimus voluntatem ac potestatem dei? An forte nō  
 poterat & illam, nec ciuibus suis mētem, nec ho-  
 mines dei prudentem, & illos suos ab omni pernicie  
 custodiire? A quo enim & post mulieris mendacium  
 custodire sunt, ab eo potuerunt & si illa mentita nō es-  
 set, utique custodiri. Nisi forte oblii sumus hoc fuisse  
 in Sodomis factum, vbi masculi in masculos nefan-  
 da libidine accensu, nec ostium domus in qua erant  
 quos quærebat inuenire potuerunt: quoniam vir iu-  
 stus in causa omnino simillima pro suis hospitibus  
 mētiū noluit, quos esse angelos nesciebat, & vim mor-  
 te peiorē ne patenteret tenebat. Et certe poterat  
 talia respondere quæretibus qualia in Hiericho mul-  
 ier illa respondit. Nam prorsus similiter & illi in-  
 terrogando quæserunt. Sed homo iustus noluit pro  
 corporibus